

rit, quod debet condi testam-  
entum vno contextu non  
Phisico seu Mathematico,  
sed Morali, ita vt longa mo-  
ra non intercedat, nec plures  
actus extranei admisceantur,  
secus si parva mora inter-  
vnum, & alterum intercedat  
vt si interim capiatur cibus,  
vel potus, vel medicina, vel  
quid simile fiat.

24 Et quando in casu neces-  
sitaris non requirantur testes  
rogati, nec numerus quin-  
que testium, aut notarius,  
vel quod testes sint vicini, vt  
in testamento nuncupativo  
requiritur iuxta *l. 3. tit. 4. li. 5.*  
*Recopilat.* licet in testamento  
in scriptis qualitas vicinita-  
tis non requiratur. Azevedo  
25 *in dict. leg. 1. num. 35. & in l. 8. sequent. num. 9.* vbi Matien-  
zus *gloss. 3. nu. fin. & in l. 2. eius-  
dem tituli, gloss. 4. num. 2.* Pi-  
chardus *in dict. §. sed cum pau-  
latim num. 46.* Burgos de Paz  
*in l. 3. Tauri nu. 531. & n. 1016.*  
Antonius Gomez *num. 48.*  
Tellus Fernandez *5. part. num. 14.*  
Sed solum inspiciatur morientis vltimum elo-  
gium, & voluntas quovismo-  
do probata deducitur ex mi-  
rando casu, quem refert Aze-  
vedus *in dict. leg. 1. tit. 4. lib. 5. nu. 85.*  
Contingit enim, quod

quique homines dum tran-  
sirent quendam rivum, qui  
vocatur *de Tietar* in quadam  
barca, ita rivus ipse excrevit,  
barca, & ipsi submersi sunt  
in rivo, providentia tamen  
divina prolapsi ad quasdam  
arbores in medio rivi existe-  
tes accesserunt, quatuorque  
iporum quamdam arbo-  
rem ascenderunt, quintus ve-  
ro solus in aliam ascendit ar-  
borem, & cum iam rivus ex-  
26 crevisset, ita quod nullum re-  
medium superesset, qui solus  
in arbore existeret, media  
nocte clamavit, & dixit alijs  
quatuor, sitis testes omnes,  
quod volo; & mea voluntas  
est, quod omnia bona mea  
habeat vxor mea Maria quo-  
diesto, arbore avulsa submer-  
sus, & suffocatus est in rivo,  
alij vero quatuor Dei provi-  
dentia liberati fuerunt, & de  
hac vltima voluntate in iu-  
dicio vt testes deposuerunt;  
quasitum fuit Azevedo quid  
iuris in casu, & si illa vltima  
voluntas sic probata valeret,  
vt testamētum perfectum  
anterius revocaret; & dicen-  
dum putavit valere; quia nō  
aderant alij testes, & quia ex  
dicta lege sufficiens erat te-  
stium numerus, si vicini fuif-  
sent districtus illius loci vbi  
testa-

testator testatus est; sed quia  
sub iudice versabatur lis, non  
affirmavit aut resolvit; sed  
iudicatum fuit favore dis-  
positionis, & voluntatis sic  
probaræ, vt refert eundem  
29 met casum proponens Go-  
mez Bayo *in praxi quest. 25. num. 11. lib. 1.* Guzman *verit. iur. 15. num. 33.* quod idē fuit,  
quia voluntas fuit perfecta,  
& casus necessitatis, vnde so-  
lemnitates suppleri omnino  
debuisse certum ex iam rela-  
tis.

27 Denique pro perfectione  
totius operis, & tractatus ad-  
dendum venit, quod licet te-  
stamentum literis solitis, &  
vfitatis scribi debeat *Authen-  
tic. quod sine in verbo non signis,*  
30 *C. de testamentis vbi Natta nu. 38.*  
Pichardus *in §. nihil autem institut. de testamentis num. 5. & 8.*  
Mascardus *de probationibus tom. 2. conclus. 288. num. 6.* Iu-  
lius Clarus, *§. testamentum q. 14. n. 3.* quia abrebiaturæ inu-  
sitatæ Vulgo *Cifras* minimè  
31 probant. *leg. 1. §. ne autem per scripturam l. 2. §. eandem penam C. de veteri iure enucleando textus celebris in l. set cum patrono vers. notis, ff. de bonor. poss. Bartolus in l. quoties 9. §. 1. num. 4. ff. de heredibus instituendis vbi Nœvius in sistema num. 2. & 3.*

Gregorius Lopez *in l. 7. tit. 19. part. 3.* cum alijs Mascardus *vbi supra num. 1.* Perez de Lara *de vita hominis cap. 19. nu. 38. & 39.* tamen in testamen-  
tis privilegiatis vbi solemnitas suppletur, valet, & sustinetur testamentum, licet sit scriptum notis inusitatis, dummodo possit quomodo constare de voluntate testatoris, vt in testamento ad pias causas. Romanus *in Authent. similiter, 17. speciali nu. 67. C. ad l. falcid.* Tiraquellus *de privilegijs pia causa privil. 12.* & in testamento Militis, Angelus, *in l. Titius. ff. de testam. milit.* Mascardus *num. 7. & 8.* ex quo idem in casu nostre legis *si quis cum testamentum 25. ff. de testamentis* dicendum est, cum ex perfectione voluntatis, & impedimento superveniente suppleatur solemnitas, & sustineatur testamētum ratione voluntatis perfectum, licet ratione solemnitatis imperfectum sit.

Idem dicendum est de solemnitate tabellionis, quæ in testamento requiritur, nempe, quod sit publicus, & de numero oppidi vel civitatis *l. 1. tit. 25. lib. 4. Recop.* quæ quidem solemnitas in casu necessitatis omnino suppletur,



vt in testamento facto tempore pestis dictum est supra cap. 22. nu. 47. & sic in nostro casu impedimenti supplenda est; quia licet irritum sit instrumentum, testamentum tamen non est irritum, cum factum esse, & perfectum probari possit testibus, scriptura autem de substantia no

est testamenti. Burgos de Paz in l. 3. Tauri 2. part. num. 1041. Parladorus lib. 2. rerum quotidianarum cap. fin. 1. part. §. 12. num. 13. in fine ad laudem & Gloriam Domini nostri Iesu-Christi, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

FINIS.



est testamenti. Burgos de Paz in l. 3. Tauri 2. part. num. 1041. Parladorus lib. 2. rerum quotidianarum cap. fin. 1. part. §. 12. num. 13. in fine ad laudem & Gloriam Domini nostri Iesu-Christi, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

est testamenti. Burgos de Paz in l. 3. Tauri 2. part. num. 1041. Parladorus lib. 2. rerum quotidianarum cap. fin. 1. part. §. 12. num. 13. in fine ad laudem & Gloriam Domini nostri Iesu-Christi, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.



I N D E X

EORVM QVÆ HOC TRACTATV CONTI-  
nentur, cuius prior numerus, caput; secundus capituli  
numerum significat.

A

**A** Brebiaturæ inuitate  
vulgo cifras non pro-  
bant. c. 25. n. 28.  
**A**ccessorium non potest tri-  
buere vires principali.  
c. 2. n. 5.  
**A**cta iudicialia fidem non fa-  
ciunt antequam constet esse  
acta iudicialia. c. 22. n. 22.  
**A**ctus non vitiatur propter  
defectum eorum, quæ ad  
certitudinē requiruntur, si  
per æquipolens certitudo  
aliàs possit intervenire. c.  
20. num. 23.  
**A**ctus si expedibilis est sola  
voluntate, verbū volo in-  
ducit dispositionē. c. 17. n. 7.  
**A**ctus qui dependet à volun-  
tate vnius, si non valet vt  
ago, non etiam valet, vt  
valere potest. cap. 15. nu. 12.  
**A**ctus perfecte

**A**ctu testandi constare debet  
testatorem velle aliquid  
proferre, & non potuisse  
ob impedimentum, vt vo-  
luntas imperfecta dicatur.  
cap. 9. num. 21.  
**A**ctuum vicinitate, & mul-  
tiplicitate arguitur dolus  
cap. 21. num. 36.  
**A**dæquationem factam à l. 3.  
Tauri de testamēto inter  
extraneos, & inter liberos  
intelligēdam esse in nume-  
ro testium non in qualita-  
te ex veriori opinione  
soluitur. cap. 7. n. 15. & 16.  
**A**dditio hæreditatis vltima  
perfectio est testamenti. c.  
1. num. 25.  
**A**divisse hæreditatem  
ur, qui dicitur  
res. cap. 17.  
**D.** Ambrosius